



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

Visconti, Giuseppe

Parisii, 1618

Cap. 23. De cereis, num sacris de more verbis expiarentur, quæsitum, ac illos septem diebus ferendi consuetudo explicata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)

Decretis, nam sacris de more verbis expiarentur,
 questum; ac illos septem diebus ferendi
 consuetudo explicata.

CAP. XXIII.

Cuius quidem perfectiorem tractationem
 si quis desideret, addenda erit illa curiosa
 questio, quam de candida veste institui-
 mus, an baptizatorum cereis sacerdos de more be-
 nedictionem impertiret. Cuius solutionem
 varia in utramque partem argumenta diffi-
 lem reddunt. Nam, cum nullus veterum Patrū
 benedictionis meminerit, satis argumento vi-
 detur a p̄sæ religionis cultoribus omissam adhibere-
 fuisse. Rursus, cum rationes, quibus, vestem
 candidam solenni prece a profano v̄su exem-
 ptam esse, dictum est, mecum reputo, facere
 non possum, quin, cereo solennem expiatio-
 nem adhiberi cōsuevisse, existimem. Cur enim
 potius sali, vesti, lacti, & melli, aliisv̄e similibus
 sacerdos bene precaretur, quam cereo? aut
 quam rationem, vel gravitatem in veste finge-
 re possumus, qua non maior etiam in cereo e-
 luceat? Verum, utrumq; sic (conjectura enim
 certitudinem non pariunt) ad tempus accen-
 damus, quo baptizati cereum accensum ma-
 nibus gestabant. Nullus autem dubitandi lo-
 cus relinquatur, quin, sicuti vestem albam, ita
 cereum septem diebus, ex veteri Ecclesiæ in-
 stituto detulerint. Sic enim ex Albino Flacco
 colligitur Epist. ad Carol. Mag. dicente: *tunc*

An cereis
 benedictio
 adhibere-
 tur incer-
 tum.

Cereum fe-
 rebant bap-
 tizati septē
 diebus.

maxime, cum alba tolluntur vestimenta a baptizatis, per manus impositionem a Pontifice accipere Spiritum sanctum conveniens est, qui in baptismo omnium receperunt remissionem peccatorum, & per septem dies in Angelico castitatis habitu, & luminibus cœlestis claritatis sanctis assistere sacrificii solent. Et lib. de Divin. Offic. cap. de Sabb. in Alb. cum vestis candidæ usum descripsisset, nostri, inquit, baptizati dicuntur quotidie ad Ecclesiam, columna cerei illuminata precedente eos, unde intelligitur, ad nullos alios usus in quibuslibet locis eam debere accendi, nisi in recordatione luminis Spiritus sancti, dum itur ad Ecclesiam. Eodem pertinent Amalarij Fortunati verba lib. i. de Eccles. Offic. cap. 29. ubi candidæ vestis, & cerei myteria exponit: dicam; quid octo dies insinuent, in quibus vestuntur alba vestes, & cerei neophytorum illuminantur, &c. cereos enim illuminari nihil aliud est, quam cereos accensos deferri, quare, sicut alba vestis a baptizatis ferebatur, ita cereos ab iisdem delatos esse, manifestum est, octo autem dierum mentio fit; non quia totidem diebus integris cerei gestarentur, sed quia eorum delatio octo dies participabat, qui septem integri efficiuntur. Clarius autem eadem consuetudinem idem Author explicavit cap. 38. eiusdem libri: cum ait: ipsi defensores sunt baptismalia sacramenta, & cereus, atque patrinus, qui mecum versantur usque ad septimum diem lautionis albarum. Etenim, si cereus, in baptismo datus, septem dierum spatio apud baptizatū manebat, euidenti coniectura intelligimus, ab eo totidem diebus latum fuisse.

Accensio